Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit oculus tuus tu
nebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te tenebrae sint. Si ergo corpus tuum totum
lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum erit lucidum totum ac sicut
lucerna fulgoris illuminabit te. Et cum loqueretur rogavit illum quidam pha In.i.r.
riseus ut pranderet apud se. Ingressus recubuit. Pharisaeus autem coepit intra
se reputans dicere. Quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum.
Ve vos pharisaei quia de foris cocaliis ac catinis mundatis. Quia autem
intus vestrum plenum est rapina ac iniquitate. Stulti. nonne quia fecit quod deforis
est ecclesiam quod intus est fecit. Verumtamen quod superest date elemosinam. ecce omnia
munda sunt vobis. Sed ve vobis pharisaeis quia decimatis mentam rutam ac
omnem holerem ac praeteritis iudicium ac caritatem dei. Haec autem oportuit facere.
ac illa non omittere. Ve vobis pharisaeis quia diligitis primam cathedras in sy
nagogis ac salutationes in foro. Ve vobis quia estis ut monumenta quae non pa
rent. ac homines ambulantes super nesciunt. Respondens autem quidam ex
legis peritis ait illi magister haec dicens. ac iam nos etiam contumelia facis.
At ille ait. Et vobis legis peritis ve quia onerastis homines onere quod portari
non possunt. ac ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinam. Ve vobis quia In.i.r.p.d.i.
aedificatis monumenta prophetarum. patres autem vestri occiderunt illos. Ergo legis peritis ac
testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum. quoniam quidem ipsi eos occiderunt pharisaeis.
Vos autem aedificatis eorum sepulchra. Propter hoc sapientia dei dixit. Mittam ad illos
prophetas ac apostolos ac ex illis occident ac persequentur. ut inquirat sanguis
omnium prophetarum qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista.
a sanguine abel usque ad sanguinem zacharae qui perit inter aedem
ac altare. Ita dico vobis requirit ab hac generatione. Ve vobis legis
peritis quia tulistis clavem scientiae ipsi non intrastis. ac eos qui introibant
prohibuistis. Cum haec ad illos diceret coepere pharisaei ac legis periti gravi
ter insistere. ac os eius obpremere de multis insidiantes ei. ac quaerentes capere aliquid
ex ore eius. ut accusarent eum. Multis autem hominibus circumstantibus ita ut se
invicem conculcarent. coepit dicere ad discipulos suos. Attendite a fer
mento pharisaeorum. quod est hypocrisis. Nihil autem opertum est quod non reve XII.
letur. neque absconditum quod non sciatur. quam quae in tenebris dicistis ilu In.i.r.
mine dicentur. Et quod in aure locuti estis in cubiculis praedicabitur n.d.i.d.s
in tectis. Dico autem vobis amicis meis ne timeatis ab his qui occidunt
corpus. ac post haec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis ac